

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1678**

Concl. V. Servanda est lex Tridentini de Parocho & testibus, non in confectione instrumenti, sed in ipso contractu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](#)

408 *Disput. II. De Contraktu & Sacramento Matrimonii.*

atque adeò illicite & imprudenter illum  
susciperet, si consentiret. Hucusque Dicat.

118.  
*Centra ar-  
guitur,*

Sed contrà: si omnia illa Matrimonia  
essent invalida defectu consensùs alterius  
partis, quæ imprudenter & illicite contraherentur,  
si qualitates personarum forent cognitæ, quæ nunc latent, Deus bone! quot  
Matrimonia essent invalida, quæ tamen ab  
Ecclesia pro validis agnoscantur? Pono exem-  
plum hominis hereticus, cum quo ignoranter  
contrahitur in facie Ecclesie coram Pa-  
rocho & testibus, censem quia Matrimonium  
illud ab Ecclesia reputaretur invalidum de-  
fectu consensùs alterius partis, quæ si scivis-  
set illam qualitatem non potuisse pru-  
denter & licitè contrahere? Aliquis contrahit  
ignoranter cum muliere habet votum ca-  
stitatis, aut sponsalia cum tertio, putas, quia  
scienter non posset licitè contrahere, idèo  
Matrimonium esse invalidum? Contrahit  
quispiam ignoranter tempore interdicti,  
num existimus, idèo Matrimonium esse in-  
validum, quia cum scientia interdicti non  
potuisse prudenter & licitè contrahere? No-  
lim existimes, quia non est sapientis. Ergo  
etiam non videretur sapientis dicere, idèo prae-  
cisè Matrimonium cum amente non valere;  
quia si altera pars amentiam scivisset non  
potuisse prudenter & licitè velle contra-  
here.

119.  
*Causa ali-  
quiss, in quo  
Dicat, pu-  
tar tale  
Matr. vale-  
re.*

Interim admittit Dicatillo, valere Ma-  
trimonium cum amente, aut delirante, aut  
alienato à sensibus vi morbi, jam moribun-  
do, quando ille, ut satisfaceret suæ obliga-  
tioni, dederat potestatem alicui, ut nomine  
suo contraheret cum aliqua absente, cui de-  
bebat Matrimonium, quod, nisi contrahere-  
tur, maneret illa infamis, & fortè illegitimi  
filii; tunc enim justum est sic contrahere, &  
ex parte utriusque conjugis censeretur adesse  
voluntas, etiam pro casu furiæ & amentiae,  
seu alienationis à sensibus; quia utrumque  
contrahentem sic contrahere honestum est in  
eo casu, atque adeò & voluntas fuit ante  
amentiam, & non censeretur retractata, aut  
cessare in amentia; & in tali casu vera est  
sententia Sanchez & Henriquez. Hæc ille.

120.  
*Iudicium  
Auctoris.*

Ego autem, salvo meliori, existime ve-  
ram esse sententiam Sanchez & Henriquez  
& aliorum plurimorum, non tantum in tali  
casu, sed semper quando non fuit talis con-  
ditio exterioris apposita, vel saltem interioris  
expressa in mente contrahentium. Dico  
etiam; nullum esse peccatum sine tali condi-  
tione velle contrahere, nisi amentia aliquo  
modo fuisset prævisa; sicuti non est malum  
velle absolútè contrahere cum tali homine,  
quem prudenter puto liberum à voto & à  
sponsalibus; quem prudenter existimo esse  
Catholicum, quamvis in rarissimo & meta-  
physico quasi eventu possit contrarium esse

verum; jam autem rarissime & quasi meta-  
physicè contingit, ut aliquis, qui infinitus  
Procuratorem, intermedio tempore fur-  
amens, & idèo non est necesse illam con-  
ditionem vel exteriùs vel interius expref-  
apponere, sed licet absolutè contrahere.

Et idèo omnes Judices, meo judicio, deben-  
tent judicare pro validitate talis Matrimoni-  
i, nisi velint sequi sententiam Pontificis que-  
dt patet ex dictis, fatus debili nitoru  
mento, videlicet juri positivo civili, quod in  
aliquibus casibus seu contractibus disponit  
mandatum cessare furore seu amentia mandan-  
tis; sed huic dispositioni non subest con-  
tractus Matrimonii, elevatus ad dignitatem  
Sacramenti; quoniam *Declarat Tridentin. Sp. 2*  
nodus sess. 21. cap. 2. *hanc potestatem per-*  
*tuò in Ecclesia fuisse, ut in Sacramentorum dis-*  
*pensione, salvâ eorum substantia, ea faciat*  
*vel mutaret, quæ suscipientium audent, se*  
*iporum Sacramentorum veneratione, pri-*  
*ori, temporum, & locorum varietate, non*  
*expedit judicare.* Cum ergo Ecclesia nō  
poteat disponit, mandatum expirantem  
seu furore mandantis; sed neque generaliter  
expirare morte mandantis, aut facultate  
in contractu Matrimonii, iterum subscrive-  
mus Conclusioni tanquam magis communis  
& longè probabilius.

Restat unica difficultas, quæ imponit  
nem huic sectioni, videlicet, quo tempo-  
rando servanda sit lex Tridentini, ubi illa ob-  
an quando imponitur mandatum, aut  
quando Procurator nomine mandantis  
trahit? Resolutio erit.

CONCLUSIO V.

Servanda est lex Tridentini de Pe-  
rocho & testibus, non in con-  
fectione instrumenti, sed in  
so contractu.

Fundamentum desumitur ex verba  
Conc. Trident. sess. 24. in Decret. de re  
form. Matr. cap. 1. *Qui alter quam prelate*  
*Parochio, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi*  
*seu Ordinaris licentia, & duobus vel tricu-  
sibus Matrimonium contrahere attinet*  
*&c. Sed qui conficiunt instrumentum ab  
fente Parochio, non idèo attinent contra-  
re Matrimonium aliter, quam prelate Pe-  
rocho &c. ergo Matrimonium, quod per  
modum vi iustius instrumentum contrahitur per  
Procuratorem, præsente Parochio, & duobus  
testibus, non est invalidum.*

Probatur minor; quia dare mandatum  
contrahendi, quod solummodo fit per con-  
fectionem instrumenti, non est contrarie  
alloquin quando utraque pars deciderit man-  
datum.

datum suo respectivè Procuratori contrahendii Matrimonium, jam Matrimonium foret contractum, quod constat esse factum. Nam Matrimonium semel validè contractum, consensu partium nequit dissolvi, certum autem est quod utraque pars possit revocare suum Procuratorem & impedire, quò minus valeat Matrimonium, per ipsum postmodum contrahendum, ut patet ex dictis.

Sufficit ergo, quòd Parochi & testes adhibentur, quando per Procuratorem aut epistolam Matrimonium contrahitur seu perficitur, hoc est, quando præstatutus & acceptatus muruus consentus, ita ut inducatur vinculum indissolubile. Sic habet praxis totius Ecclesie; quippe nunquam auditum fuit, eam solemnitatem in mandato dando Procuratori servari. Et aliundè, ut evitentur inconvenientia, quæ Concilium voluit evitari per suum decretum, satis est quòd adhibeatur illa solemnitas in ipso contractu, ut patebit ex dictis objecta Adversariorum.

Prænotandum porro, quòd decretum istud Concilij sit correctoriū juris antiqui, quo neque ad confectionem instrumenti, neque ad ipsum contractum solemnitas illa requirebatur. Jam autem legum correctio evitanda, quantum possibile est; ac proinde non inducenda per tacitum intellectum, quamvis clausula nil operaretur, ut ait Sanchez lib. 2. disp. 11. n. 23. cum aliis, quos citat, quoniam magis, ubi nihilominus mulrum operatur, ut in presente, dum annullat ipsum Matrimonium, quamvis non corrigat jus commune circa confectionem instrumenti. Itaque si voluisset Tridentinum annullare dictum mandatum, factum absque ea solemnitate, id utique expressisset, quemadmodum expressit ipsum contractum.

Sed contraria, inquit Adversarii, solemnitas requisita ad aliquem actum, est necessaria ad dandam commissionem faciendi talen actum, & ita prohibente statuto donationem fieri absque quinque testibus, censetur prohibitum mandatum donandi absque illis. Ergo sufficit quòd Tridentinum expresserit ipsum contractum.

Antecedens probatur ex leg. 16. ff. de Sponfali. *Oratio Imperatorum Antonini & Commodi, que quasdam nuptias in persona Senatorum inhibuit de Sponsalibus nibil locuta est: recte tamen dicitur etiam sponsalia in his casibus ipso jure nullius esse momenti: ut supplicetur quod oratione deest.* Ex quo textu videtur colligi, prohibito aliquo, censeri prohibitum omne id, per quod pervenitur ad illud: ergo cum Trident. l. 24. cap. 1. de Matr. exigat presentiam Parochi & testium ad Matrimonii valorem, eadem solemnitas desiderabitur ad valorem mandati, contrahendi illud.

Confirmatur ex leg. 39. Tauri, hodie l. 13. 125.  
tit. 4. lib. 5. recopil. ubi disponitur, eam  
Confirma-  
dem solemnitatem exigi in mandato testa-  
mentum conficiendi, quæ in ipso testamen-  
to exigitur. Cujus ratio est; quia eadem ra-  
tio, virtus & effectus, quæ sunt in conse-  
quenti, dicuntur esse in antecedenti; arg. tex-  
tus l. Illud, 77. ff. de Adquir. hæred. & ita cùm  
pro testamenti falsitate vitanda, jus certam  
solemnitatem petat, merito illammet in  
mandato ad testandum nomine alterius des-  
iderat, cùm sit antecedens necessarium, ut al-  
terius nomine testetur: ergo similiter in no-  
stro casu, cùm mandatum, ad contrahendum  
Matrimonium nomine alterius, sit antece-  
dens necessarium, ut tale Matrimonium va-  
leat, exigit eandem solemnitatem Parochi  
& testium, quæ in ipsum Matrimonium.

Ad hoc argumentum patet responsio ex  
dictis Sect. 1. Conclut. 9. ubi docuimus, non  
solum valere, sed etiam licere sponsalia clan-  
destina; rametis Matrimonium clandestinum  
non solum non lecat, sed etiam non valeat,  
ubi Trident. est receperum; & tamen sponsa-  
lia sunt etiam aliquid antecedens & præsumum  
ad Matrimonium. Videantur ibi dicta cir-  
ca intellectum illius leg. *Oratio.*

Ad confirmationem Respondeo cum San-  
chez sup. n. 25. esse specialem dispositionem  
in eo casu: primò ad vitandas commissario-  
rum fraudes, ut dicitur l. 31. Tauri, ibi: *i los-  
tales commissarios bacen muchas fraudes.* Secun-  
dò; quia tale mandatum ad testandum, non  
tam dicitur commissio ad testandum, quam  
testamentum, succeditque loco testamenti;  
quia continet institutionem hæredis, subli-  
tutiones, exhaerationes, meliorationes, da-  
factum absque ea solemnitate, id utique ex-  
pressisset, quemadmodum expressit ipsum  
contractum.

Sed contra, inquit Adversarii, solemnitas  
requisita ad aliquem actum, est necessaria  
ad dandam commissionem faciendi talen  
actum, & ita prohibente statuto donationem  
fieri absque quinque testibus, censetur prohibi-  
tum mandatum donandi absque illis. Ergo sufficit quòd Tridentinum expresserit  
ipsum contractum.

Antecedens probatur ex leg. 16. ff. de Sponfali. *Oratio Imperatorum Antonini & Commodi, que quasdam nuptias in persona Senatorum inhibuit de Sponsalibus nibil locuta est: recte tamen dicitur etiam sponsalia in his casibus ipso jure nullius esse momenti: ut supplicetur quod oratione deest.* Ex quo textu videtur colligi, prohibito aliquo, censeri prohibitum omne id, per quod pervenitur ad illud: ergo cum Trident. l. 24. cap. 1. de Matr. exigat presentiam Parochi & testium ad Matrimonii valorem, eadem solemnitas desiderabitur ad valorem mandati, contrahendi illud.

126.  
Resp. ad ob-  
jectionem,

127.  
Ad confir-  
mationem.  
Sanchez.  
L. 31. Tauri.

128.  
Primum re-  
quisitum, ne  
Parochus &  
testes validè  
& quorum nomine celebretur. Ad quod, Matr. quod  
ut notat Coninch. disp. 24. num. 78. requiri-  
tur Primò, ut mandans suo Procurato-  
ri è ratione det commissionem, suo nomi-  
ne cum tali persona contrahendi, ut hoc  
possit in foro externo clarè probari, sive  
per publicum instrumentum, sive aliâ legi-  
timâ ratione.

## 410 Disput. II. De Contractu &amp; Sacramento Matrimonii.

Probatur: quia alias ex tali Matrimonio sequentur omnia incommoda, que sequuntur ex Matrimonio clandestino; immo secundum mentem Trident. esset verè clandestinum, quia de eo in facie Ecclesiae constare non posset. Nam si mandans negaret, se tali dedisse eam communionem, nullo modo coram Ecclesia probari posset, ipsum cum tali contraxisse.

129. Secundum; ut Pastori, aliisque testibus five per inspectionem instrumenti, five per sufficiencia testimonia, aliave legitimâ ratione moraliter constet, Petrum v. c. dedit communionem tali, ut cum Catharina suo nomine contraheret de praesenti.

Probatur; quia illi non solum debent testari, talem Procuratorem dixisse Catharinę, Petrum eam accipere in uxorem; sed eum hoc ex mandato Petri dixisse; five potius, Petrum per talem Procuratorem Matrimonium cum Catharina contraxisse: ad quod necessarium est, ut sufficienter sciant Petrum, hoc mandatum dedit. Hac Coninck.

Cui si objicias: et si illicite, validè tamen Pastor assistit eorum Matrimonio, quos scit habuisse impedimentum dirimens, & non nisi incerto valde modo scit, eos jam obtinuisse dispensationem; ergo similiter validè assistet tali Matrimonio, et si dubius sit, ut Procurator verè habeat à Petro tale mandatum.

Respondet negando Consequentiam: quia de essentia Matrimonii non est, ut Pastor possit testari tales validè contraxisse; sed ut possit testari, eos verè secundum omnem externam apparentiam in se mutuo de presenti confessisse; quod in priori casu verè vidit eos facere, et si nesciat an validè id fecerint, quod alia ratione probandum est; secus autem est in secundo casu. Nam nisi morali certitudine sciat, Procuratorem habuisse tale mandatum à Petro, et si possit testari Procuratorem alieno nomine cum Catharina contraxisse; nunquam tamen poterit testari, eum hoc fecisse nomine Petri, five Petrum per Procuratorem contraxisse cum Catharina, quod tamen Trident. tanquam essentiale Matrimonio requirit. Hucusque præfatus Autor.

130. Contrarium insinuare videtur Aversa q. 3. sect. 5. §. Debet tamen, ubi circa finem sic ait: Et quando mandatum ipsum scripto & publico instrumento traditur, nec etiam neceſſe est ad valorem, ut talis scriptura ostendatur Parochio & testibus; siquidem poterat valere mandatum sola voce prestitum. Sed tamen ad maiorem securitatem & cautelam, solet exigi, ut ostendatur; sicut & regulariter soler scripto & publico instrumento, & non solum voce aut privatâ scripturâ tradi. Hæc ille.

131. Sed commode intelligi posset; videlicet valere mandatum sola voce traditum, quando

illa vocalis traditio sufficienter potest innescere Parochio & testibus, coram quibus Matrimonium per Procuratorem contrahitur, & per viros fide dignos, qui testentur de illa vocali traditione. Alioquin non satis video, quomodo possit obviari inconvenientis, propter qua evitanda Conc Trident. requisivit illa solemnitas. Nisi forte dixerimus, Petro v. g. cuius nomine Paulus Matrimonii contraxisse, incumberet probationem non date confirmationis, aliqui cogendum ad servandam fidem illius Matrimonii, neque prius admittendum ad aliud Matrimonium; quod an dicitur, relinquio judicio doctorum, & infra dicto de Matrimonio conditionata latere examinabimus. Certum est, omnimodè expedire, ut Parochus & testes non afflant Matrimonio, nisi prius ipsi moraliter certe constet de dato mandato. Sin autem Matrimonium contrahatur per literas, ut certe moraliter constet, esse litteras scriptas, v. g. à Petro, qui per illas vult contrahere.

Si verò à me queritur; quâ formâ debent esse scripta hujusmodi litteræ, ut exhibeantur coram Parochio & testibus sufficiens ad valorem. Respondeo: duplice inueni apud Autatores formam. Prima est: si Petrus v. g. scribat Catharinę, se in eam de prelati confitire, & iiphiſi consentiū ex hoc nunc acceptare pro eo tempore, quo eum legitimè probabit: & Catharina acceptas literas coram Parochio & testibus legens, coram iisdem iurum de praesenti consentiat. In eo tamē suu, inquit Coninck sup. n. 80. necessarium erit, ut Petrus aliquem designet, compagnum Catharinae debeat suum consentiū exprimere, ut hic eum nomine Petri accepte. Quia alias ex parte Catharinę nullum efficiens consensū extēnum signum, quod Petrus ad se directum, per se vel alium acceptare posset; ut autem ostendi disp. 22. n. 3. ad omnem promissionem & consentiū in contractū, essentialiter requiritur, ut eius rīus dirigantur ad eum, qui ea acceptare debet. Hoc ideo tamen, quod Petrus scriberet Catharinę, ut eas literas coram Parochio & testibus legeret, ac consentiū exprimere, consideretur his committere, ut eum suo nomine acceptarent: & hanc vim, nec aliam, videatur habere illa verba, quibus scribit, & Catharinę consensum acceptare. Ita Coninck.

132. Secunda forma erit: si Catharina p̄scriptis Petro, se in eum de praesenti confitire, & inde Petrus remillis iisdem litteris scribat, se ejus consensum acceptare, & similiter in eam de praesenti consentire, & utraque littera à Catharina coram Parochio & testibus legantur, & Petri consensus acceptetur. Ita præfatus Autor.

Et indubitate si ita fiat, sufficit, ut Matrimonium valeat. Sed quæstio est, an omnia illa

## 130.

## Secundum.

## 130. Objectio.

## Solutio Regis.

## 131.

## An valeat mandatum sola voce traditum, ex Aversa.

## 132.

illa sint necessaria. Sanchez lib. 1. disp. 7. n. 35. multos citat, qui docent sufficere, si ille, ad quem literæ mittuntur, si, inquam, consensus exprimat, vel mittenti literas, rescribendo ipsi, vel alii cuicunque.

Ipse autem putat necessarium esse, reprobationem illam & acceptationem fieri coram nuntio, à promittente missis, vel falso per epistolam aut nuntium reprobantibus, eidem promittenti missum, ante quam intimationem promittenti factam, poterit liberè resilire, cùm nondum sit contractus perfectus, & quod reprobatio non est intima promittenti, nec ejus nuntio; nec sufficiet, si coram alio acceptet, & cau perveniat ad promittentis aures reprobatio illa, ut dicebam disp. præc. n. 28.

Probatur; quia in Matrimonio & sponsalibus, sicut traditio & promissio debet esse sensibilis ei, cui fit; ita etiam acceptatio & reprobatio, cùm non sit major ratio de una, quam de alijs; immò major ratio militat, ut acceptatio & reprobatio illa sit sensibilis, cùm sit ultimum complementum: ergo nec Matrimonium nec sponsalia perficiuntur, donec acceptatio traditionis & reprobatio constet se tradent, vel promittenti per nuntium, ad id destinatum, vel nuntio ab eodem missis, qui ad id videtur habere potestatem.

Et confirmatur, quia si, quando Matrimonium & sponsalia contrahuntur inter presentes, vir dicere: *Accipio, vel, accipiam te in me,* & ipsa secreta responderet, ita ut nec verbo, nec signo percepiret vir ejus consensum, non esset Matrimonium, nec sponsalia; quia perinde est, ac si ille consensus esset internus, cùm verba vel signa, requisita in sponsalibus, & Matrimonio, non ordinentur, ut alius notus sit consensus, sed ipsi simus contrahentibus, qui se tradere ac acceptare debent; ergo.

Tandem; quia nemo acceptare potest quod sibi ignotum est; ergo si non manifestetur acceptatio & reprobatio priori promittenti, vel ejus nuntio; sed alii, qui non mittatur, ut illi intimet, non sufficiet. Hucque Sanchez.

Sed non placet Pontio, qui lib. 2. c. 16. n. 8. vir: Quando Matrimonium contrahitur missis nuntio vel epistolâ, latè est ad perficiendū Matrimonium, si acceptet coram nuntio; & ubi Trid. obseruantur, ut acceptet coram Parochio & testibus; neque opus est, ut mittenti consensum, mittatur acceptatio, vel traditio alterius, ut qui nuntium destinavit, acceptet. Nam eo ipso, quod illes, cui missa est traditio, acceptavit de presenti, perfectus est contractus Matrimonii & sensibilis.

In quo, non recte, meo judicio, loquitur Th. Sanchez disp. 7. n. 35. Adebat enim unus consensus postulantis & acceptantis, cùm ipsa postulatio sit intrinsecè acceptatio; adebat etiam consensus alterius acceptantis & tradentis, cùm ea acceptatio sit traditio. Ergo nihil

debet ad verum & perfectum Matrimonium. Sed idem in hac re non recte Th. Sanchez; quia non ad vertit, naturam acceptationis in hujusmodi contractu Matrimonii, habere intrinsecè rationem etiam traditionis, iuxta naturā contractus. Quare si ea traditio explicetur coram nuntio, vel aliquo, perfectum Matrimonium est. Et ita hanc sententiam citatis multis docet Henriquez lib. 11. de Matr. c. 2. n. 6. & in Comment. lit. I. Hæc ille.

Et n. 10. ad 1. & 3. argumentum Sanchii 138. responderet; aliud contractum esse perfectum. Resp. ad 1. Etum, aliquid verò eum, qui prius traditionem C. 3. arg. Sanchii, cognoscere se obligatum re ipsa ex contractu perfecto. Contractus quidem perfectus jam est, eo ipso, quo ille acceptavit traditionem, & explicuit signo sensibili coram aliquo, cùm sint jam omnia, ad cum contractum requisita: at verò ut in sua existimatione homo sentiat se obligatum, necessaria est intimatione, & cognitione acceptationis.

Ad secundum respondet: illud esse nullius 139. momenti; quia, inquit, in ea specie perinde Ad secundum. est, ac si consensus esset internus: neque enim verbis explicatus est, aut signo aliquo; at in nostro calo supponimus, jam consensum coram aliquo verbis sufficienter explicari. Quare quod perveniat ad noritiam tradentis, necessarium est, ut ille etiam, se jam obligatum, & ligatum esse, & ita se pro ligato gerat; non verò ut contractus ratio perficiatur. Cujus optimum signum est; quod jam semel acceptata traditione alterius, quam per literas novit, non potest resilire, quidquid dicat Th. Sanchez. Nam traditio illa fuit etiam acceptatio, si sensa tamen, donec alter eam acceptaret; & verò semel acceptata, non habet locum poenitentia; cùm ea acceptatio sit etiam traditio, quam ille alius tradens se iuxta contractus naturam in ipsa traditione acceptavit.

Alius etiam, cùm presentes contrahunt, si vir prior dicat: *Tradō me tibi, & uxor respondeat;* *Accepto,* posset vir dicere: *Ego non accepto tuam traditionem, & resilire.* Quod planè sequitur, si facta priori traditione, & acceptata ab alio adhuc esset necessaria intimatione traditionis & acceptatio illius. Hucusque Pontius.

Rogat aliquis, quid ego sentiam? Respondet: ubi Concilium, Trid. viger, nulla est difficultas, si verum est, quod ait Coninck: Parochum & testes habere commissionem acceptandi consensum alterius partis nomine ejus, cuius literæ leguntur. Ut etiam, ubi Concilium non obligat, ex hypothesi, quod licito modo contrahatur, id est, non clandestinè, sed coram aliquibus testibus, seu in facie Ecclesiæ; nam eodem modo dicere possumus, & ipsos habere commissionem acceptandi. Et cum semper, saltem coram uno, debeat manifestari consensus, quidni dicamus, & ipsum habere commissionem cum acceptandi?

Fff 2. Ne-

Neque enim puto, scribentem velle differre perfectionem contractus, donec & usque per seipsum illum consensum accepteret; cum enim ex nunc resolutus sit eum accipere; imo quantum in se est acceptet pro tempore, quo futurus est, nulla potest esse ratio, quare non velit perfectionem contractus, id est, indissolubilem obligationem Matrimonii, quamprimum ea haberi potest; jam autem potest haberi hoc ipso, quod comparat exprimit suum consensum coram aliquo, quocumque demum homine; quia potuit velle dare tali homini commissionem acceptandi, non minus quam Parochio & testibus; ergo hoc ipso, quod Petrus v. g. scribit, se Catharinæ consensum acceptare, censetur unicuique praesenti, cui explicatur consensus Catharinæ, dare commissionem eum acceptandi. Unde Petrus non acceptat, quod sibi ignotum est, sed quod sibi notum est in alio, coram quo consensus exprimitur.

**141.**  
Quanquam temporis posse intercedere inter consensum unius & alterius partis, quantum scilicet temporis humano more intercedere solet, usque dum perveniat Procurator aut epistola, & commode conveniri possit altera pars, ut adjungat suum consensum cum debita solemnitate, in quo sanè potest esse notabilis diversitas, juxta locorum distantiam & alia impedimenta, quae facile possunt occurrere.

Alioquin non censemur (inquit Aversa quæst. 3. sect. 6. §. Itaque) quis regulariter permanere in suo consensu, nec etiam ab initio habuisse talem intentionem, ut alter post habitam notitiam possit per annos aut annum differre suum consensum, & ipse interim manere suspensus. Nisi tamen ipsemet oppositum expresserit, nempe se esse omnem expectare per annos aut annum; in quo nulla temporis mensura taxanda est, nisi juxta ejus voluntatem non retractata. Hæc ille.

**142.**  
Statuimus pro regula voluntas contrahentium. Regula ergo istius moræ intermedie quoad quantitatem suam non melior, quam voluntas contrahentium, ut tanta sit, quanta communiter prudentes eam esse volunt, nisi de particulari aliquorum voluntate alter hic & nunc constet; sufficit quippe & requiritur moralis conjunctio, id est, ut moraliter permanere censeatur consensus prioris expressus, quando posterioris consensus exprimitur; illa autem permanentia non habetur, nisi juxta intentionem, ac dispositionem illius, qui prior consenit, cum semper possit revocare suum consensum, etiam absolutè expressum; ergo etiam potuit ab initio pro uno die, aut mense aut anno velle consentire, & non pro altero die, mense aut anno; ac

proinde die illo, mense, aut anno elapso, censetur non amplius ne quidem moraliter, habitualiter, aut virtualiter ille consensus permanere: veluti si expresse post illud tempus consensum, ante abolitum præstitum, recusat; ergo consensus alterius partis, qui censetur post illud tempus, nequit constituerre Matrimonium, cum hoc essentiale sit mutus consensus, qui tali causa nullatus invenitur, ut nimis manifestum est.

Itaque five praesentes sint, qui contrahere absentes, non requirunt physica coëstentia amborum consensuum, five ex natura contractus, five ex natura Sacramentum, etiam post Conc. Trident. sed sufficit coëstentia moralis, quæ erit sufficiens in aliis contractibus, v. g. stipulatione, l. i. ff. Verbo oblig. ibi: *Qui praesens interrogatur, antequam sibi responderetur, discessit, mutuè efficit stipulationem. Si vero praesens responderetur, mox discessit, & revera rei ipsius est, obligat, intervalum enim medium non causa obligationem. Et emptione, que non definites contrahi potest, l. i. ff. de Contractu empti. §. fin. Est autem emptio junctionis. & ideo consensu peragitur, & inter absentem contrahi potest, & per nuntium, & per litteras. Ergo ex natura contractus non requiri physica coëstentia amborum contractuum neque est illa ratio, quare non requiri tamen in contractu Matrimonii, quamvis quolibet.*

Sed nec extat aliqua specialis causa Ecclesie, qua illam praesentiam in hoc contractu præ ceteris exigat; sicuti punctum sa sup. §. Sed absolute, extare legem omnis, quæ eam postulet in quodam specie contractu stipulationis, ff. de Verbo oblig. l. 137. in principio: *Continuus actus fidelis & promittens esse debet, ut tamen a momento naturæ intervenire possit, & minùs responderi stipulantem oportet. Causa si post interrogacionem aliud acceperit, minùs potest, quamvis eadem die spondens.*

Sed hic Auctor non videtur illam legem dispicere; vidisset enim, intelligendio re omni contractu stipulationis, & non aliquo speciali contractu stipulationis, al fortè per aliquem speciali contractum stipulationis, intelligat contractum stipulationis, ut distinctum à ceteris contractibus, prout intelligit Sanchez lib. 2. disp. 3. 2. ubi respondens ad illam legem, sic legit: de qua hic tractamus, objectam, sit, qui in stipulatione illum textum, in qua ratione cum illa solemnitate sunt de substantia secundum in aliis contractibus.

Sed quæro ego: quomodo ergo bene adducit Sanchez pro sua sententia l. i. ff. eadem quæ etiam manifestè loquitur de contractu stipulationis, ut patet ex ejus verbis sup. 147.

lati? Vel ergo lex 1. non probat nostram sententiam, vel aliter respondendum est ad leg. *Continuus*. Respondeo igitur: neque in illa lege requiritur physica coëxistentia amborum consensuum, sed secundum eam sufficit etiam moralis, que tunc intelligitur esse, quando post interrogationem, aliud non accipitur, ita ut accipiendo aliud, jam ex speciali dispositione istius legis, ambo consensus non amplius coëxistant moralis.

Audiamus Gloss. verb. *Aliud agere cœperit*: *Ideſt, incepit, accepit: ut ſit ienſus; ni- bil eſt actum, ſi poſt interrogationem aliud ne- gotium incepit, quamvis eadē die repon- derit. Ergo si aliud negotium non accepit, ſi eādem repondeatur, medium tempus non nocet, ne videtur eminē factum, quod eodem die fa-ctum eſt, nullo extraneo negoſio interpoſito. Sic ni- bil oblat l. 1. §. 1. ſup. ed. Hęc Glosſ.*

Quæ ibidem verbum: *Continuus*, explicat, dicens: *Ideſt, conīguus, ut oſtendat ali- quam moram poſſe intercedere, dummodū ad alijs negotia non divertatur, quod ſpecialiter conſtitutum eſt in contrac̄to ſtipula- tionis, & idē ad alijs contractus non debet extendi. Itaque Matrimonium, inquantum praeceſe contractus, non requirit physicam coëxistentiam conſensuum.*

Sed neque inquantum eſt Sacramentum; quia Deus elevando Matrimonium ad digni- tamē Sacramenti, reliquit contrac̄tum im- mutatum, ut non ſemel dictum fuit; ergo ſi valer in ratione contrac̄tus, etiam valebit in ratione Sacramenti.

Confirmatur exemplo aliorum Sacra- mentorum, in quibus non requiriſſur physica coëxistentia materiæ & formæ, ſed ſufficit moralis; ut manifeſtè patet in Sacramento Ordinis Subdiaconatus; conſertur enim Ordo, cum proferat formam; proferat autem formam, cum jam omnes calicem vacuum cum patena tetigerunt, qui contactus eft materia aut ſaltem ſuppōnit materiam, ſcilicet por- rectiōnem calicis, ut conſtar ex dictis pro- pio loco. Sic etiam in Sacramento peniten- tie, quaſi materia, Contritio & Confessio, etiam longo tempore poſſunt praecedere Ab- ſolutionem, que eft forma.

Utinim autem in his (inquit Pontius ſup. n. 2.) cā regula, quam nobis eleganter tra- didit Gabr. Valquez 2. to. in 3. part. disp. 128. cap. 7. n. 55. Cenſetur forma & mate- ria ad eadem actionem Sacramentalē per- tinerē, ſi interpoſitā morā temporis, nihilo minus in prolatione formæ, aliquid enun- tiantis more humano, eadem veritas manet, ac ſi ſimil cum materia concurret. Ex hac enim regula colligemus, facile plus tempo- ris intercedere poſſe inter materiam & pro- lationem formæ unius Sacramenti potius, quam alterius, cum non eodem modo ſigni-

fient omnes Sacramentorum formæ. Si ergo materia & forma Sacramentorum poſſunt etiam interpoſitā morā temporis majori vel minori applicari, multo magis dicendum eſt in Sacramento Matrimonii poſſe contingere, quando conſensus exprimitur. Hęc ille.

Scio, conſensus conjugum non eſſe mate- riam & formam Sacramenti, aſt potius duæ parciales formæ, ſecundum noſtra principia; ſed hoc parū refert ad hanc veritatem, non eſt enim ratio, quare majorem debeat habe- re conneſſionem illæ formæ parciales in hoc Sacramento, quām materia & forma in aliis Sacramentis. Nam ſicut poſt in aliis Sacra- mentis manere veritas formæ, tametq; aliquā morā temporis fuerit interpoſita; ita etiam manere poſt veritas unius formæ partialia in Matrimonio, v. g. veritas horum verbo- rum: *Ego te accipio in meum*, tametq; etiam longo tempore praecellit haec forma par- cialia: *Ego te accipio in meam*. Igitur neque ratio Sacramenti in Matrimonio poſſulat physicam coëxistentiam amborum conſen- ſuum.

Sed neque Conc. Trident. quia hoc ſo- lūm exigit, tanquam necessarium ad valo- rem, ut conſensus amborum exprimantur coram Parocho & testibus; hoc autem fieri poſſo, quando contrahitur per Procuratorem aut literas, jam antea demonſtravimus. Et inter ipſos etiam principales fieri poſt, ut vi hāc horā dicat: *Ego te accipio in meam coniugem*, & mulier poſt unam horam: *Ego te accipio in meum coniugem*, coram eodem Parocho, & eisdem testibus.

De cætero, quando contrahitur Matrimo- nium inter preſentes, regulariter ille, qui prior ſuum conſensus exprimit, cum hac intentione id facit, ut alter etiam inconti- nenti, non recedendo ab illo congreſſu, ad- jungat ſuum mutuum conſensus, faltem in foro extero; non enim cenſetur velle ma- nere ſuspensus, niſi ipſem etiam poſſit ex- preſſe determinet, dicens, ſe eſſe contentum expectare, vel leque interim manere in ſuo conſensus per tantum tempus, vel indefinite quantum alteri placuerit. Ubi etiam non eft taxanda alia temporis mensura, quām juxta ejus voluntatem, niſi eam poſtea retractor; hoc ipſo enim finitur illud tempus, tametq; indeſinit poſitum eſt, ut patet ex dictis. Atque hęc ſufficient de Matrimonio, quod contrahitur per Procuratorem, nuntium, ſeu literas.

Tantum addo, quod lego apud Sanchez libro ſecundo disp. 11. num. 31. Optimè faciunt contrahentes per Procuratorem, ſi iterari Ma- triomonium ipſem iterum Matrimonium ir. contra- inant ad tollendos ſcrupulos. Quia quām- Procuratio- vis reliqua Sacra-menta repeti nequeant cā- rem. Sanchez,

trrimonio speciale, cùm enim sit contractus, ejusque naturam & conditions retineat, potest à parte quā contractus est, ceterorum more sèpibus iterari. Et citatis Auctoribus aliquibus, qui hoc docent, addit: Iteratur autem, ne forte prior consensus revocatus sit.

Quid igitur si cerò constet, non fuisse revocatum? Resp. nullatenus esse iterandum; immo more aliorum contractuum, qui perficiuntur traditione, non posse iterari; sicuti donario, seculata traditione rei donare, non potest iterari; non enim potest iterari mihi dari, quod jam meum est. Ergo ex hypothesi, quod Matrimonium per Procuratores certò fuerit validum in ratione contractus, non potest Matrimonium in ratione contractus iterari; quia vir non potest corpus suum

dare mulieri, quod jam est mulieris per priorem contractum; adeoque si prius Matrimonium verè non fuerit Sacramentum, quantumcumque postea iteretur, seu postea videatur iterari contractus, nuncquam perficitur vera ratio Sacramenti; quia vera ratio Sacramenti, requirit verum contractum, non in facto esse, sed in fieri, cùm Sacramentum Matrimonii sit actio transiens. Vide dicta Sect. 4. Conclus. 6. Itaque illa reiteratio Matrimonii nihil facit ad majorem securitatem, aut ad tollendos scrupulos, nisi dubius aliquod foret de validitate Matrimonii prius in ratione contractus.

Ita ego sentio, salvo meliori, & transi ad Matrimonium quod contrahitur ex errori metu, pro quo institutur

## SECTIO VII.

### DE MATRIMONIO INITO EX ERRORE VEL METU.

<sup>1.</sup>  
Ad Matrimonium requiriur perfecta deliberatio.

Cui repugnat error & metus.

<sup>2.</sup>  
In quo differt ignorancia ab errore.

**N**emo dubitat, quin ad Matrimonium requiratur deliberatio, quatenus hæc dicit perfectam rationis advertentiam atque iudicium; id est, ea libertas seu deliberatio, quæ necessaria est ad peccatum mortale; si enim hæc requiriatur, ut diffusus probavimus Sect. 1. Conclus. 6. ad valorem sponsalium, quæ tamen multis de causis disfolvi possunt, & sèpibus disolvuntur, quanto amplius ad Matrimonium, contractum omnino indissolubilem; quanò enim obligatio maior est, tantò videtur requiri major deliberatio seu libertas.

Porrò huic majori deliberationi seu libertati repugnat error & metus, idèoque de utroque simul hæc Sectione tractabimus. Et primùm quidem de errore, qui ex natura sua defruui consensum, juxta illud, quod habetur leg. 15. ff. de Jurisdic. *Quid enim tam contrarium consensu est, quam error?* Sit itaque.

### CONCLUSIO I.

Error vel dolus circa substantialia jure naturæ invalidat Matrimonium.

**P**raenotandum Primo: ignorantiam differe ab errore, quod illa ex sua ratione nullam præviam cognitionem desideret, sed solè scientiæ negatione contenta sit: hic autem judicium positivum intellectus perversum posstuleret; & ideo dicitur ignorantia præ dispositionis: ubi autem non adest error, ignorantia puræ negationis.

Sed & hæc ipsa mater cunctorum errorum est, ut legitur in Concil. Tolosano 4. can. 24. qui sic incipit: *Ignorantia mater cunctorum errorum, maxime in Sacramentis Divinitatis est.* Quia enim ab intellectu ignoratur veritas, hinc perversè judicatur, id est, non pro alio putat, quod propriè est errore, docet. D. Aug. Enchir. c. 17. (& referat dist. 38. c. 11.) ibi: *Quoniamus errare, quod possumus curà, cavendum sit, non sciamus ignoribus, verum etiam in minoribus rebus nisi rerum ignorantia possit errari; nam est consequens, ut continuò erret, quoniam quid necit; sed quisquis se existimat sine pudicit. Pro vero quippe approbat falsum quod erroris proprium Item c. 21. (& referat u. q. 2. cap. 6.) In quibus rebus nihil inter aliud pro alio patere; non arbitrandam est peccatum.*

Ergo secundum D. Aug. error non est nudam absentiam seu negationem scientiæ, sed insuper positivum aliquod judicium intellectus, quo pro vero approbat falsum, ut aliud pro alio putat. Ut si me profus literis quantum hinc distet Roma, non dicere re, utpote qui nullum distinxit conceptum formavi; si vero existimare centum leucas distare, cùm distet ducentas vel trecentas, errare utique, falsum judicium habens; hoc autem judicium reddit actuum, quod invenit, involuntarium, v. g. votum peregrinationis ad limina Apostolorum: quia voluntas non vult peregrinationem ducentorum aut trecentarum leucarum, sed tantum centum leucarum; quia tantum centum leucas per intellectum proponerunt, quāvis falsò.